



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Vita B. Francisci Xaverii

Torsellini, Orazio

Coloniae Agrippinae, 1610

XIII. Præcepta Ioanni Brauio alijsq[ue] sociis data.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42323

ferri commodè queant, non excitabunt
 virtutem, sed oppriment. Itaque illi fracti
 animo, ac debilitati, imponendum onus
 detrectabunt, impositum abijcient. Et
 quoniam Rex Lusitaniæ pro sua munifi- *Regis Lusitani muni-*
 centia iussit omnia nobis necessaria vbi- *ficentia.*
 que suppeditari; eius potiùs quàm alte- *Libertas*
 rius cuiusvis liberalitate vtaris cen- *tuenda.*
 sco. Nam profectò qui alienas res accipit, li-
 bertatem amittit suam: quippe cum be-
 neficentia necessitatem imponat obse-
 quendi beneficio; emptaque beneficio
 libertas adeò seruiat, vt etiam si quid au-
 deat, eius verba longè minus habeant
 ponderis, quàm haberent si sui esset iuris.
 Adde huc, quòd si quid ab illo, qui de-
 dit, peccatum sit; liberè increpare haud-
 quaquam valeas. Quod enim os tantum
 est, vt sustineat allatrare pascentem?

CAPVT XIII.

*Præcepta Ioanni Brauio aliisque Sociis
 data.*

VBI mane è lectulo surrexeris, hanc
 tenebis regulã, vt minimũ per semi-
 horã aliquid è Christi vita mediteris; idq; *Meditandus*
 hoc ordine, vt initio ab ei⁹ ortu factò, de- *modus.*
 inceps cætera egregia eiusdem facinora,
 ad gloriosum vsque ascensum in cælum,

,, sensim progrediens meditatio perfequa-
Vota quo- tur. Verum singulis diebus singula attri-
tidie reno- buentur capita, eadem plane ratione, qua
nanda. exercitiorum spiritualium libellus pra-
 ,, scribit, vt singuli menses totam Christi,
 ,, Domini vitam meditando percurrant.
 ,, Iam tibi auctor sum quotidie sub medi-
 ,, tationem vota paupertatis, castitatis, obe-
 ,, dientiae renouandi, quo vix illum est ho-
 ,, minibus Deo sacratis tutius contra Dia-
 ,, boli intestinique hostis impetus muni-
 ,, mentum. Quocirca antiquissimum ha-
 ,, bebis, quotidie salutaribus hisce armis
 ,, munire pectus. Pomeridianis autem ho-
 ,, ris, post curatum corpus, tantundem fere
 ,, temporis iteratio matutinae meditationis
 ,, absument, eamque pariter excipiet instauratio
Conscien- ratio votorum. Nocturno porro tempore
tia excuti- post coenam, priusquam cubitum eas, re-
eda ratio. eipies te ad excutiendam conscientiam: &
 ,, facta, dicta, cogitata eius diei examinans,
 ,, videbis ecqua in re Deum offenderis ho-
 ,, minisue: idque perinde exequeris, vt si
 ,, esset mox secutura confessio. Tum deli-
Emenda- ctorum omnium veniam a Deo petes, e-
tionis cu- mendationem vitae ex animo tibi propo-
ra. nens. Demum preceationibus solennibus
 ,, Pater, & Aue, recitatis, paulisper ratione
 ,, inibis corrigendi peccata illa quamprimum.
 ,, Postridie igitur mane, inter surgen-
 dem

dum vestesque induendas, recentia supe-
 rioris diei delicta rediges tibi in memori-
 am: diuinaque ope suppliciter implorata,
 ne quid eo die offendas, nominatim ve-
 rò ne in noxas illas domesticas incurras,
 meditationem aggredieris eo, quem dixi,
 modo. Hoc idem quotidie facies. Si
 quid autem horum omiseris per incuri-
 am; id verò tibi religioni ducens, de mo-
 re tuam culpam agnosces, prædicabisque
 apud sodales, quòd tibi præscripra negle-
 xeris. Cæterum omnibus in rebus, à qui-
 bus appetitum vitiosamque naturam sen-
 seris abhorrere, strenuè te ipse vinces,
 haud ignarus nobis primam esse oportere
 Christianæ humilitatis curam. Nam
 sine demissione animi, germanaque hu-
 militate, non tibi aliis prodesse poteris:
 non Deo ac superis carus eris: non di-
 gnus, quem Societas IESU diutius ferat:
 utpote quæ elatas sui que iuris ac senten-
 tiæ homines concoquere haudquaquam
 valet. Proinde studebis sedulò & usque-
 quaque præposito obtemperare, & quidè
 sine recusatione vlla, aut detractione,
 haud secus quàm si imperaret ipse Pater
 Ignatius. Tentationes diabolicas cuius-
 que generis eidem enunciabis, ut eius
 consilio auxilioque instructus, acerrimi
 hostis petitiones faciliùs declines atque

Sui victo-
ria.Humilitas
& obedi-
entia nostris
hominibus
necessaria.Tentatio-
nes aperi-
enda.

,, propulses. Quippe submissio hostiles
 ,, tentationes insidiasq; aperiens, haud mi-
 ,, nus opis impetrat à Deo, quàm in it gra-
 ,, tia. Itaque non solum callidissimi hostis
 ,, artes in præsens ekudit, sed eiam vires co-
 ,, natusq; frangit in posterum. Namque
 ,, ille suas artes deprehensum iri cernens,
 ,, paulatim cum spe victoriæ amittit oppu-
 ,, gnationis voluntatem. Hæc Brauius Ma-
 ,, lacæ versanti, alia porrò aliis Cocinum
 ,, petentibus monita data. Ante omnia,
 ,, quantum erit in vobis, amorem concilia-
 ,, bitis ciuitati, præcipuè verò Cœnobitarū,
 ,, ac Sodalitatis B. Mariæ. Proinde dicta fa-
 ,, ctaque fidem faciant, nihil esse vobis po-
 ,, tius, quàm omnibus gratificari, & pieta-
 ,, te tum ciues tum Sodales illos augere.

Comitas Comitas in adeundis salutandi causa so-
in salutandis dalibus, haud ægre illorum vobis in ve-
do & ade- stris difficultatibus impetrabit auxilium.
undo. Si qua re ad pauperum inopiam subleuā-

,, dam opus erit, ab eis potissimum peteitis:
 ,, sed ita, vt egentes edocti à vobis illos a-
Cum pau- gnoscant benignitatis auctores. Hæc au-
perib9 que tem cum pauperibus tenebitur ratio, vt,
ratio te- cum suam ipsi vobis necessitatem corpo-
nenda. ris exponent, vos inuicem eis, quam per
 ,, se ipsi non cernunt, necessitatem expo-
 ,, natis animi: curatisque eorum menti-
 ,, bus, tum demum corporibus, si quid opis
 pote-

poteritis, afferetis. In congressibus & colloquiis cauendum est, ne nimia quædam grauitas suspicionem præbeat reuerentiam exigentis arrogantia: sed potius facilitatem vultus præferat, affabilitatemque sermonis. Præcipua cura erit, ut omnibus in rebus submissè vos ac modestè geratis. Itaque etiam Sacerdotibus cæterisque omnibus non tantùm Ecclesiæ Præpositis, impensè habebitur honos. Opera præmium verò est, res à vobis benè gestas, earumque laudes, cum eis communicari; ut, quorum operum fructum capiant, fautores euadant, patronique. In concionibus quoque comiter auditores ab erroribus ac vitiis, in quibus versantur, reuocandi sunt. Sed identidem intentata diuina seueritate atque iustitia territandi duri homines ac perũcaces; contraque resipiscentes, Dei clementiã ac misericordiã præpositã, erigendi recreandique. Pertinaces porrò animos, atque in flagitiotum cœno hæsitantes, oportet ita cælestibus virgeri minis, ut eis nequaquam incidatur diuinæ clementiæ spes, sed eius interdum commemoratione eorundem pectora mulceantur. Omnino efficite, ut per vos bonus Societatis odor longè lateat; fundatur. Quam ad rem non alia virtus plus habet momenti, quàm vera ac germana

Nimia grauitas vitæ da.

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

“

» animi submissio. Mementote, Societatis
 » nostræ amplificatores, multis ac magnis
 » ærumnis exercitos virtutes omnes enixè
 » coluisse; vosque ita demum illorum me-
 » riti ac gloriæ participes futuros, si in So-
 » cietatis nomine amplificando fueritis imi-

*Auðtori-
 tas apud
 populum
 celeste do-
 num.*

mitatores industriæ. Illud quoque memi-
 nisse oportebit, auctoritatem apud popu-
 lum in sacris rebus ac salutaribus, donum
 esse diuinum, quod bonis viris ac piis de-
 feratur yltro, callidis & humana id arte
 » quarentibus negetur: ne scilicet huma-
 » na peruerfitas Dei dona contemptui ha-
 » beat, si fortè modestis iuxtà & arrogantibus
 » suppetant. Impensè igitur rogitandus
 » est De⁹, prorsus vt vobis indicet atq; ape-
 » riat impedimenta, quæ diuinis conatibus
 » (quo minùs sua per vos dona hominib⁹
 » impertiat) per imprudentiam obijcitis,
 » committentes vtique, vt auctoritatem
 » vobis abnuat, exiitimationemque ad id
 » negotium necessariam. Id enim uero
 » summa animi prouisione cauendum est.

*In exami-
 ne consci-
 entia in no-
 stra officia
 ac munera
 inquirèdū.*

Itaque in examine conscientia intentione
 re cura speciatim exquiretis, ecquid pec-
 catum à vobis fit in concionando, in con-
 fessionibus audiendis, in congressibus
 & colloquiis. eritque deinde vobis cordi
 vitia deprehensa corrigere, animumque
 » noxiis affectibus repurgare. Nimirum
 quan-

quantacunque decessio de vitiis, tanta fit
 celestium accessio donorum. Ac noli
 te mirari imitari que eos qui novas popu-
 lo placendi excogitant artes, popularem
 admirationem ac laudem aucupantes. Namque isti suæ potiùs quam diuinæ
 gloriæ seruiunt, de suis commodis magis
 solliciti, quàm de salute animorum. Quo-
 circa illorum ratio sanè lubrica est, ac
 præceptis: quippe quæ cæca cupiditate
 gloriæ elata iactationem habet in populo
 inuisam Deo. Omni ope annitendum, vt
 hæc, quæ à me suggerentur, & meditan-
 do sentiatis ipsi, & exsequamini sedulo.
 Proinde si qui huius generis sensus ac
 motus diuino instinctu in mentibus ve-
 stris existent, eos memoriæ causa literis
 consignatos exprimeris identidem factis.
 ita meditata exsequendo, virtus ve-
 lut pabulo nutrita crescit. Nam quæ
 nobis talibus de rebus sancti viri scripta
 reliquerunt, in iis mirum est quantum
 intersit inter gustum sensum que scripto-
 ris, & scripta legentium, auditorium ue.
 Res quippe ab eo meditata atque perce-
 pta, ingentia ipsimet sanctitatis incita-
 menta, plerumque nostros animos
 haud sanè acriter stimulant. Quocirca
 magnopere vobis suadeo, vt sua quis-
 que sensu animi ac pietatis diuinitus hau-

*Aura po-
pularis nul-
lo modo cas-
ptanda.*

*Meditata
exequenda.*

*Meditata
recolenda.*

» sta literis custodire & impensè recolere
 » ne grauemini. Quæ ut in dies augeantur
 » à Deo, quotidie vobis aliis radices a-
Fideles mo gendæ sunt humilitatis. Quærendi etiam
nitores fideles amici ac monitores, qui, si quid à
quarendi. vobis in vestris peccatum erit muneribus
 » amicè vos libereque admoneant: ut ve-
 » stra vitia quæ vos ipsos fugiunt (in suis e-
 » nim quisq; vitiis hebetior est, quàm in a-
 » lienis) per alios cognita exuatis. Hæc &
 his similia monita Franciscus Xaverius
 partim Præpositis Societatis, partim aliis,
 dabat. Illa verò egregia quæ P. Gaspari
 Vicario suo reliquit profecturus in Sinas.
 Cæterum ea nos, item ut alia (ne iteratio
 pariat satietatem) de industria hîc omîssa
 reseruamus aliò. Quippe eadem præce-
 pta variis hominum generib⁹ informan-
 dis accommodata cum sint, placuit in cer-
 ta capita dirigere, ut sibi quisque sume-
 ret, quod ad se pertinere sentiret.

CAPVT XIV.

*Præpositos ac superiores Societatis qua-
les requireret.*

*Sui ipsius
cura.*

QVALIS ipse Præpositus erat So-
 cietatis, tales requirebat cæteros.
 Super omnia oportere aiebat, eis prio-
 rem.